

Ad Dn. SPONSUM.

Spirarunt Boreæ glaciales hactenus auræ;
Spirabit verò mellior aura brevi.
Et Tibi Fortuna jam spirat mollior aura:
Dum Tibi divitiis SPONSÆ referta datur.
Sensisti tenuis bac, glacialis frigora Brumæ
Sapè procellosis confremuisse Notis.
Eligis ergò Tibi SPONSAM, quò reliqua pellas
Frigora, sitq; tuo quò focus illa toro.
Igne calens SPONSÆ Boreales despicias auras,
Et calidi Brumam ludis amoris ope.
Grator, quod Tibimet spiraverit aura secunda
Pluti, quæ paucis spirat amica viris.
Nil current alii bona momentanea: pendet
Sed benè de cinctu plena crumena suo.
Aura Tibi semper Neonympha spiret amoris
Atq; favoris: Eris sit procul, adsit Eros.
SPONSE, precor; Conjuræ genitrix ut mense Decembri
Cum Boreæ flabit grandior aura, siet.
Illa, fac ô Juno, lucis producat in auras
Felici nixu pignora multa tori.
Curarum nubes in dulce ecligma merumq;
Convertat flabris aura serena sua.
Sors Tibi lata diu felici fulgeat aurā;
Non sors fulmineo leva fragore tonet.
O faxit sancti cœlestis Numinis ALLRA:
Ut parilis SPONSUM corde perennet amor!
Accinit hæc tædis mea Pieris: aquiter illa
Consule, & es SPONSÆ portus & aura tue.

Ad cognomen SPONSÆ alludens
honoris ergò scribebat,

ANTONIUS SCHMIDT.

Aura vel unda molam motant. MOLLERE, molare
Jova tuum moveat! Sic Tibi panis erit.
Animitus comprecatur
M. CHRISTOPHORUS CATO;
Pastor in Schönbrunn.

Castus amor sacro firmatur Codice JOVÆ,
Qui prendit quemvis, quem juvat esse probum.
Hæc spectata fuit Tibi mens, quam dictat IOVA,
Et Natura soli. Seligis inde viram.

VII